

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De quatuor Hominum nouissimis - Qvi Qvidem Sacri Adventvs Qvatvor
Hebdomadis accommodati: Sed & Concionvm Fvnebrivm materiam
abunde suppeditant

**Besse, Pierre de
Coloniae Agrippinae, 1620**

Feria 3. post Dom. 4. Aduentus. Agitur de Beatis, eorumque fœliciti forte,
qua[m] tria commendabilem faciunt. Gaudia cœli æterna esse, vnde beati
excidere nunqua[m] possint, cum peccare non possint, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56226](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56226)

C O N C I O S E C V N D A

258

*tes, intelligamus postea statum illius gloria tanto
melius effictum, quanto tuteis testis aurum est
melius.*

3 Reg. 10.

Allegoriam iam producamus. Regina Sa-
ba quamprimum ut Salomonis palatum in-
gressa, eiusdem decus & pulchritudinem, a-
triorum cubiculorumq; venustatem & capa-
citatem, seruorum vestes, mores, ordinem
& modestiam conspexit, e quibus omnibus
de interiori splendore, deg: Principum mo-
ribus & elegancia dijudicare potuit, admira-
rans in terram corruit, & non mansit in ea
spiritus. Ad eundem modum anima, dum
mundi huius palatum extrinsecus conspi-
xit, eiusq; creaturarum pulchritudinem con-
templatur, similque cogitatione ad inter-
ius cœli atrium transcendit, cœlestiumque
Principum Angelorum sc. & Beatorum, no-
bilitatem & splendorem considerat, an non
præ admiratione in extasim rapta animi de-
liquum patietur?

Psal. 98.

Eia agite igitur, Auditores, locum hunc
in mente gerite, præ oculis semper habetote,
semper animo ille insculptus maneat, agite,
oculos cordis in altum interdum attollite, &
cum Psalmista admirantes exclamare, *Quam
silecta tabernacula tua Domine virtutum l'con-
cupisit & desicit anima mea in atria Domini.*
Locum hunc eiusq; magnificientiam semper
recordemini, ac numquam mente deponite;
nam tantum recordatio illius emolumenū,
& obliuio detrimentum affert, vt numquam
à via mandatorum Dei qui eadem cogitat,
possit deflectere. *Vnde bene Sapiens, Recor-
dere nouissima tua, & in æternum non peccabis.*

Eccl. 7.

Ita porre mihi persuadeo, ardentissime a-
nimarum spōse, quis enim vitiis indulgeat,
aut à virtutis semita deflectat, cum per pec-
catum cœlestis gloriæ discrimen incurrat?
Profecto, de me vt loquar, Domine, ita me
eiusdem gloria & dignitas transuersum agit,
vt quamuis vniuersum mundum lucrari
queam, & imperium orbis instar Alexandri,
obtinere, imo mille mundos acquirere, mo-
do peccato consensum præbeam, hodie fir-
miter proponam, numquam huiusmodi fa-
cetus admittere, ne forte iure meo excidam,
hæreditate cœlesti, quam exspecto, quam-
que filius eius sanguine ac cruce nobis sua

acquisiuit, in æternum priuet. Omnia itaq;
potius iætura fiat, quam cœli, loci illius iu-
cundissimi altissimi, in summo mundi cardi-
ne constituti, ac proinde nobilissimi, omniū
que locorum in rerum natura existentium
præstantissimi, loci quem palatum diuinæ
majestatis tuz, in domicilium Angelorum,
in sanctarum animarum receptacula, dele-
gisti. Valeat mundus, valeant eius inceptæ
ac nugæ, valeat eius fucus & splendor vitreus,
viuat cœlum, viuat requies illa suauissima,
viuat in anima illius pereenis memoria, me-
moria inquam domicilii, voluprate & de-
liciis redundantis. Viuat denique locus æ-
ternæ beatitudinis, ad quam nos perducere
dignetur Pater & Filius, ac Spiritus sanctus,
Amen.

F E R I A T E R T I A.

DE BEATIS, COELI INCOLIS.

Partitio.

- I. *Defelicitate beatorum.*
- II. *De Sanctorum aeternitate.*
- III. *An eadem sit aut diffar gloria Sanctorum.*
- IV. *De Aureola Sanctorum.*

Memorare nouissima tua, ac beatitudi-
nem imprimis sanctorum celo recepto-
rum, & in æternum non peccabis,
Eccles. 7.

F I G V R A.

Aquila illa Euanglica Ioannes, que
inter omnes, tam sublime euolauit, vt
diuinæ essentiæ solem quam proxime con-
spexerit, vidisse se in Apocalypsi ait, ma-
gnam hominum turbam, quam nemo dinu-
merare poterat, ex omni natione, populo,
tribu, lingua, leco collectam stantem ante
thrонum & agnum, albis vestibus indutam,
palmas manibus gestantem, laudemque
Deo & hymnos concinentem. Cum mysti-
ci huius emblematis sensum inuestigarem,
beata

Apocr.

beatam Beatorum sortem hic ad oculum exprimi perspexi, & per turbam illam omnes Sanctos ex omninatione & populo congregatos, albis innocentiae vestibus induitos, palmasque in victoriae signa manibus gestantes desigari, qui ante thronum diuinæ maiestatis consumentes, iucundissimos assidue hymnos Deo Optimo Maximo sine fine concinunt, & harmoniam edunt suauissimam. Latius hoc vobis hodierna die deducere est animus, modo solita S. Spiritus aura afflet, & virgo Deipara intercedendo apud filium & agnum non desit. Quocirca Anglicam illi salutationem offeramus.

AVE MARIA.

- I. Potentissimus ille Israëlitarum Rex, Iudorum Hercules, Philisthæorum terror, celeberrimus Ecclesiæ Prophetae David, cū diuina in hominum genus collata beneficia, interea dum adhuc in terris agerent, secum perpenderet, admirans exclamat: *Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in uniuersitate!* Quid est homo quod memorem es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Omnia subiecisti sub pedibus eius. An non enim ingentis amoris testimonium est, quod homo statim à lux creationis primordio rex à Deo fuerit constitutus, imperiumque in pisces maris, in volucres cœli, inque omnia terræ animalia obtinuerit, & pedibus eius subiecta sint: cœlum quoque & elementa, terra & orbis ob vnicum hominem condita, ut isdem frucretur, recrearetur, & dominaretur.

Verum enim uero, si pius ille princeps tantopere admiratus est, quod in orbis creatione in hominis gratiam peractum est, quando nimis omnia rerum dominum in eum est collatum, quid dixisset fecissetque, si quæ Deus in gloriam Sanctorum, & ad Beatitudinem electorum complendam præstiterit, considerasset: hic scilicet pleno ore exclamasset: *Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum,* & affectus erga hominem incredibilis! cum, vel semel tantum hoc perpendens, obstupescendo aliud nihil dixerit, quæ Mirabilis Deus in Sanctis suis. Quasi dixisset:

Psal. 8.

Deus admirabilis est in Sanctorum gloria.

Psal. 8.

Psal. 67.

Mirabilem quidem se in hominis creatione Deus reddidit, & deinde in eiusdem redemptione multo mirabiliorum, maxime tamen in beatitudine quam eidem præparauit. Occasionem scilicet hominibus dedit, se ut admirarentur cum uniuersam hanc rerum machinam condidit, elementa suo quæque loco disposita, vetus alas addidit, Oceanus fluctus compescuit & composuit, montes adaptavit, valles depestrit, arboribus radices, Esse mineralibus, vitam animalibus, hominibus vero intelligentiam attribuit, ac præsertim cū Sanctis gloriam sempiternam præparauit.

Hic nempe insignes Veteris Testamenti figuræ compleuntur. Tunc scilicet diues ille Rex Ezechias, potestis ac magnitudinis suæ thesauros referando eosdem legatis Babyloniis, id est, hominibus, Babylone, id est, mundo profectis, ostendit ac communicat. Tunc maximus ille Monarcha Assuerus, qui non centum viginti septem, ab India usque in Aethiopiam, sed ab uno polo ad alterum, & quatuor mundi cardinibus imperat, quo magnificientiam suam demonstraret, splendidum æternæ beatitudinis epulum optimatibus regni, id est, Angelis, & subditis, non modo qui in Suis, sed qui in magna mundi ciuitate commorantur præparat. Et epulum vere regium ac laetum! quod iam à quinq; annorum millibus durat, & non absuntur.

Tunc quoque Ioseph, quamuis male olim à fratribus, nobis, inquam, habitus, totius Ægypti mundi huius Princeps ac Dominus constitutus, Iacobi filius, fame & inedia oppressus, gloriæ horrea aperiet, beatitudinisque eterna grano saturabit, Iosephi Patriarchæ verba id est idem repetens: *Imple facios,* id est, Gen. 44, capacitates, animæ & corporis Sanctorum meorum, frumento, gloriæ & felicitatis, quantum possunt capere, id est, vnicuique iuxta meritata: illæ quidem figuræ, iam etiam parabolæ producam.

Tunc etiam benignus ille pater familias, humaniter & clementer filios illos prodigos, paterna olim domo egressos, & tandem, omnigratiarum & charismatum substantia consumpta, è peregrina illa mundi regione, in qua dudum errauerant, per diuturnam pœnitentiam reuertentes, recipiet, amplectetur, fo-

Kk 2 uebig

Iust. 15.

uebit, stringet, magnoque affectu exosculabitur, dicens: *Cito profite stolam primam, & induies illi s. Et date annulum in manibus eorum, & calceamenta in pedes eorum, stolam nempe immortalitatis, vestimenta gloriae, annulum æternitatis, & calceamenta certitudinis.*

Tunc homo ille rex, qui nuptias filio suo in celorum habitaculo paravit, dicit electis, qui iam inde à primordio mundi, per æternam prædestinationem, ad easdem invitati erant. *Omnia sunt parata, tauri mei occisi sunt, venire ad nuptias;* numerus electorum compleatus est; martyres occisi, nihil restat aliud quam ut intretis, & epulo reficiamini. Tunc clamabitur, quod olim clamabat in Cantico Sponsa: *Bibite amici, & inebriamini charisimi;* bibite calicem æternæ felicitatis, vos martyres, Apostoli, & quotquot me olim ex animo dilexistis, bibite ut tandem inebriemini. Aliquid hic insinuat Psalmista, dū ait: *Inebritabuntur ab ubertate domus tua,* & torrente voluptatis tua potabis eos. An non igitur Deus hic se penitus admirabilem reddit? An non hæc Sanctorum gloria vobis incredibilis videretur? an non eorum sortem beatissimam prædicabitis?

Scriptura Sacra cum electorum sortem describeret, reges eos vocat & coronas capite gestantes. Ita namque in Apocalypsi legitur: *In circuitu sedis seculia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores, sedentes circum amicti vestimentis albo, & in capitibus eorum corona aurea.* Scio per Seniores hos, Ecclesiastas à Gregorio Magno intelligi; sed Glossa ordinaria, Richardus de S. Victore, Rupertus, aliisque de illustrioribus Sanctis eadem verba accipiunt, tam denoui quam de veteris Testameti, quales sunt duodecim Patriarchæ, & duodecim Apostoli, qui pariter numerum vigescim quartum confidunt: Evidemus de omnibus Beatis in genere intelligo, quia numerus duodenarius, plurimum in Sacris libris velis ipse duplicatus, vicefimus quartus pro. vniuersitate accipitur: describuntur autem ut senes, quo eorum ætas, fortisq. eorum perpetuitas designetur. O quænam ætas, quænam felicitas, ecquæ beatitudo! nondum igitur vobisecum quam ingens eadem sit, imaginamini?

Apoc. 4.

Lib. 1. reg. sap. 9.

Scriptura Sacra cum electorum sortem describeret, reges eos vocat & coronas capite gestantes. Ita namque in Apocalypsi legitur: *In circuitu sedis seculia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores, sedentes circum amicti vestimentis albo, & in capitibus eorum corona aurea.* Scio per Seniores hos, Ecclesiastas à Gregorio Magno intelligi; sed Glossa ordinaria, Richardus de S. Victore, Rupertus, aliisque de illustrioribus Sanctis eadem verba accipiunt, tam denoui quam de veteris Testameti, quales sunt duodecim Patriarchæ, & duodecim Apostoli, qui pariter numerum vigescim quartum confidunt: Evidemus de omnibus Beatis in genere intelligo, quia numerus duodenarius, plurimum in Sacris libris velis ipse duplicatus, vicefimus quartus pro. vniuersitate accipitur: describuntur autem ut senes, quo eorum ætas, fortisq. eorum perpetuitas designetur. O quænam ætas, quænam felicitas, ecquæ beatitudo! nondum igitur vobisecum quam ingens eadem sit, imaginamini?

Cæterum ex bonitate & liberalitate, quam in hac vita diuina erga nos maiestas, tum remunerandis iustorum meritis, tum in compensandis virtutibus moralibus impiorum ostendit, Beatorum gloria & mercedis eorum amplitudo colligi potest: Si enim tantam in hac lachrymarum valle munificentia ac largitatem declarat, quam ampla esse debet merces, quam in celo electis preparauit! Ita nempe argumentatur Augustinus in Soliloquiis: *Si sis Domino pro hoc corpore ignobilis & corruptibilitam magna & innumerabilia beneficia prestas, à celo & ab aere, à terra & à mari, à luce & à tenebris, ventis & pluviis, qualia, quæcetera, & quam magna & innumerabilia erunt illa bona, qua preparasti diligentibus te in illa cœlesti patria, ubi te videbimus facte ad faciem: Si tanta nobis facies in carcere, quid agis in palatio: Si tanta solatio in hac die lachrymarum, quanta conferes in domini tiarum.* O vere diuina aeternitate cœlestis me diratio!

Similem propemodum habet in paraphrase P. Psalmi 83. *Bona cogitate & considerate fratres, que dat Deus peccatoribus, & hinc intelligetur, quos seruit servus suis fide ibus: blasphematis eum quotidie, dat cœlum & terram, dat fructus fructus, copias, ubertatem, qui talia peccatoribus dat, quid eum puras seruare fidelibus suis!* Nec solus Augustinus ex rebus inferioribus superiorum dignitatem, Beatorumque felicitatem, ex viuentium forte dimensus est: sed & Fulgentius, Episcopus Rusponensis, referente Surio, die 1. Januarij, cum in Arianorum persecutione Romanum venisset, Senatorum amplitudinem maiestatemque, populi multitudinem, antiquorum marmorum decus, pyramidum antiquitatem, Amphitheatri splendorem, opumque ac luxus affluentiam effett contemplatus, ad se mox reversus, diceret coepit adstantibus: *Quam speciosa potest esse terram et cœlum, si sic fulget Roma terrestria, & sic hoc scelus datur tanti honoru dignitas diligentibus vanitatem, qualis honor & gloria praestabitur sanctis diligentibus veritatem?* An non præclara vobis hæc videtur ratio?

S. Procopius Gazenium Episcopus, cum Tom. 3. in Surius Constantinopolim venisset, eo tempore quo Theodosius iunior Imp. ad baptismum

mum portabatur, & pompam magnificen-
tiamque imperiale, quæ tūm peragebatur,
videlicet, dicere cœpit: *Stea quæ pauli post eu-
nescunt, tantam habent gloriā quanto magis
cœlestia, qua parata sunt sanctū Dei.* Tanta-
namque eadem sunt, Beatorumq; celo per-
fuentium fors adeo lata & fœlix, ut si eam
semper ob oculos haberemus, nunquam am-
plius diuinam maiestatē offendremus: vnde
verissimum est axioma Sapientis: *Memorare
nouissima tua, & in eternū non peccabis.* Atq;
hoc est stadium, in quo hodie mea decurrit
oratio, & quidem in bigis, primo dicam ma-
gitudinē gloriæ Beatorum, secundo dis-
quiram, num eadem omnium sit beatitudo,
& num vnu alterum beatitudine antecellat.
Primum igitur incipianus.

III. Tria sunt quantum colligere possū, que
Tria sunt beatorum sortem admirabilem reddunt, pri-
mo ipsa eiusdem duratio, quæ non in centu-
torū sortē aut mille, dies mille, aut millies mille annos,
commen-
dabilem sed in omnem æternitatem extenditur. Vn-
reddunt. *Splendor firmamenti, & quasi stella in perpetuas
Dan. 12. aternitates.* Erapud Esdrām: *Parati esto ad
4. Esdr. 2. præmia regni, quia lux perpetua lucetis vobis, per
2. Cor. 4. aternitatem temporis.* Et apud Apostolum: *E-
ternum gloria pondus operatus in nobis.* Sed om-
nium certissima est promissio illa Salvatoris
apud Ioannem: *Qui credit in me, habet vitam
3. Ioan. 6. aeternam;* Adeo v;. cum beatitudinis huius
duratio perpetua sit; gaudia & voluptates,
quæ eandem comitantur, perpetua quoque
sunt & perennia, & nunquam finem habitura.
Non erūt illuc gaudia qualia tua sunt & mun-
de, quæ vere gaudia appellari nequeunt, eo
quod brevia sunt, & mox vt exorta euane-
scant, gaudia, inquam, quæ semper à lachry-
mis quam proxime exsipiantur, & in dolo-
res desinunt. *Extrema namque gaudijs,* vt ait
Sapiens, *occupat luctus:* gaudia fugacia &
momentanea, quæ vix momento permanēt,
& instar venti in auras subito euanescent.
Vnde Iob: Gaudium hypocrita adinstar puræ,
perhypocritam hunc intelligamus mundū,
qui instat hypocritæ & simulatoris perfidus
est proditor, inconstans, & vafer.
Adhac gaudia hypocritæ huius facile cō-
breuiantur, uertuntur, non sunt permanentia, vix enim

deliciae locum aliquæ ingressæ sunt, quin sta-
tim luctus, tristitia, lachrymæ, & angores ia-
nuam pulsent. Audiamus quid Propheta di-
cat: *Ad usq; peram demorabilur fletus, & ad m-* Psal. 29.
tutum letitia; id est, mane rīsus, vespri in-
gruerat lachrymæ, si dies oriens delicias &
voluptates afferat, serus vesper luctū ueret.
Tessis sit huiuscæ meæ sententia domus &
familia Iob, omnes ecce filij eius non nisi de *Iob. 8.*
risu deliciisq; loquebantur, & ecce mors, &
repentina calamitas imminebat. In palatio
Balafaris Regini non nisi de epulis & conui-
uiis sermo erat, & ecce repente luctus & do-
lor, & inexpectata Regis fatigata præ foribus.

At non ita de coelestibus gaudiis sentien- Gaudia
dum, hæc siquidem in perpetuū permanent, cœli æter-
& absolute vt loquamur, æterna sunt & sem- na sunt.
piterna. Testatur idipsum Propheta, dicens:
Gaudebitus & exultabitus v; que in sempiternum! Iai. 65.
Et præterquam quod perennia sunt & per-
mansura, adeo etiam grandia sunt & ingēria,
vt nō spiritus modo ac facultates animæ, sed
ossa ipsa, partesque corporis animæ expertes
eadem expertura sunt. Testem huiusc op-
tionis habeo Psalmistam, dum ad Dominū
lachrymans ait: *Auditui meo dabis gaudium & Psal. 50.*
lætitiam, & exultabunt ossa humiliata, i. ita ali-
quando, spero quidem Domine, aures meæ
in cœlo angelica harmonia demulcebuntur,
vt incredibili modo intrinsecus & in a-
nimæ gaudio profundendus sim, sed & ossa:
mea in gentem lætitiam habitura, adeo vt & Apoc. 3.
Cant. 3.
præ gaudio exultatura sint.

Et quoniam gaudia hæc æterna sunt, ideo Beati co-
Beati in Sacris litteris columnis comparan- lumnis
latur: *Quis uicerit, faciam illum columnam in tem- compa-
plo Dier mei, & scribam super eum nomē Dei mei.* rantur.
Respicit promissio hæc futurum Sanctorum
statum, in quo Beati instar columnæ firmi
perstabunt, nulli mutationi aut casui obno-
xi, sed de sua sorte securi & certissimi. Figu-
ra huius rei sunt columnæ illæ argenteæ, queis
thronus Salomonis innirebatur, quarum in
Canticis Cantorum est mentio: *Feculū
fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas
eius fecit argenteas;* atque in hunc sensum eas
interpretatus est venerabilis Beda. Figura
item sunt sexaginta illæ columnæ de lignis
Cethim, argenteis laminis conuestite, æreis-

que basibus innixa, quibus Tabernaculum Mosaicum fulciebatur: quia, cum Sancti anno semper, dum viuerent, pectore fuerunt, id est, in rebus aduersis infraicti & invincibilis, diuinarumque rerum contemplatione velut laminis argenteis cooperati, ideo in celo instar columnarum perseverant firmi, immobiles, de sua beatitudine securi, nulli mutationi obnoxij, quod & illis Psalmographi verbis confirmari potest: *Ego confirmavi columnas eius.*

Psal. 74.

Porro columnæ hæc in celo erætæ, regiū in tergo Messia nomen inscriptum gerent: Christus enim morte sua ac passione promeruit, ut tot animæ, velut pyramides triumphales, æternaque victoriae & triumphi sui monumenta, in celo erigerentur. Quot hic Deus bone, pyramides, quot hic arcæ vide re erit? Trecentas quidem vno die Athenies, teste Plutarcho, Demetrio Phalerio optime de repub. merito erexere: sed ipsa nos docet fides, plures in celo in honorem IESV CHRISTI, qui Deus simul & homo est, qui que tam de cœlestibus quam terrestribus, de Angelis simul & hominibus bene meritus est, columnas & monumenta victoriae eræta esse: & quidem tot, ut Apostolus easdem se numerare vix posse dicat: *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.*

Iterum igitur reproto, beatitudinem ciuium supernorum mutari non posse aut terminari, sed perennem ac perpetuam esse. Præclarū mihi hic Psaltes testimonium suggerit cum Ieroſolymitanæ cœlitari loquens, ait: *Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, quoniam confortauit seras portarum tuarum.* Qui de cœlesti Ierusalem analogice versum hunc interpretancur, deque gloria Beatorum hic sermonem fieri putant, optimè mihi sensisse videntur: nullus enim inimicus iis amplius nocere poterit, nullus obtritus portis, beatitudinem eripere, sed de sua salute ac felicitate securi, æterno gaudio perfrauentur. Idem innuere in Apocalypsi sua voluit Ioannes, dum vidisse se ait paruulos stantes ante thronum Dei, quo situ corporis constantia & gloriæ immobilitas perpetuitas designatur.

Nobile illud ac percelebre tabernaculum Moyis, q[uod] variis mysteriis scatebat, quodque

hyanthinis pellib[us] coopertum, cœli intuentibus similitudinem reddebat, vt Iosephus ait, gloriæ quoque cœlestis symbolum fuit, ipsum enim de lignis Cethim, quomodo a Lib. 3. Ant. pud Hebraeos Cedri nuncupantur incomparabilibus compactum erat: ut hinc euidenter, Sanctorum felicitatem nullo vñquam tempore corrumpendam, nulli mutationi obnoxiam esse, sed semper incorruptam per mansurum.

Ecce & aliam figuram. Ciuitas illa, de qua in Apocalypsi, quadrata erat, & figure cubicae quæ constantia & firmitatis symbolum est, quæque eundem semper quaquaersum aspicientibus intuitum reddit: porro primū murorum huius vrbis fundamentum constat ex laevide, quisecuritatem designat: nam is, vñ naturalium rerum scriptores aiunt, audaciam meticolosis addit, & in aduersis hominem infraictum efficit. Omnia hæc signū esse putem sortis beatorum ciuium cœlestis Ierusalem, cuius sortis primum fundamentum est ipsa securitas, & quadratura æternitatis, quæ semper eadem est quibus omnibus permanens & immutabilis eorum beatitudo designatur.

Secundū, quod eorum felicitatem & Loci dignitatis admirabilem reddit, est ipsa loci, in quo comorantur, dignitas & splendor, de quo heri abunde locuti sumus: tamen dicendum restat, loci huius pulchritudinem & agut co-venustatem, magnum ad electorum gaudia agut comœdium afferre: loci, inquam, quem Deus in habitationem sibi delegit, loci in loco unde omnia loca conspici possunt confisi, loci de quo hoc diuinum Anselmi extat elogium: *In eo est vita sine morte, iuuentus sine senectute, sanitas sine infirmitate, requies sine labore, gaudium sine tristitia, pax sine discordia, lux sine tenebris, delectatio sine fastidio, agilitas sine ponderisitate, fortitudo sine imbecillitate.* O igitur locum amœnum & iucundum! Quis de simili audiuit vñquam? Quam gratum scilicet & volupe erit, habere Deum supra, Angelos ad latum, tot soles ante, tot stellas infra & omnes aëream & sublunarem regionem sub pedibus? O locum inæstimabilem, qui nimur omnes cœlestes orbes infra se vider! eorum namque scitissimus situs, magnitudo immēsa, ex-

Apoc. 7.

Psal. 147.

Apoc. 7.

sa, eximia pulchritudo, motus temperatus, & velut ad numerum compositus, celeritas adhac & constans motuum varietas, admirationem & amorem mortalibus afferunt.

Locus hic, Philosophi, non est amplius capax corporis grauis, ponderosi, & naturalis, sed leuis, subtilis & glorioſi: locus qui nunquam mutatur, sed semper idem permanet, cuius finis ipsa est æternitas: locus denique in quo nulla corruptionis, generationis, aut peccati est mentio: adeo ut quicunq; ad eundem peruererunt, ab omni huiusmodi defectu se liberos, & ab omni peccandi potestate in æternam immunes esse, cōfiteri quantum. Et sanc ex huiusmodi beatitudine, tanta in modum gloriae accidentalium in intellectum Beatorum propter summi quod adepti sunt boni fruitionem, delectatio, tantaque in eorum voluntatem redundat rectitudo, ut nūquam peccare amplius, aut à iustitiae trahite possint defectere. Locus enim hic & peccata sunt incompatibilia.

Strab. l. 10. Nam vt Naturalium rerum scriptores a-iunt, Certam maris mediterranei insulæ nefcio quo occulto naturæ miraculo, veneni expertem esse, & nullos serpentes alere, aut quidquam noxiū. Ita dicere possumus: cœli incolas ab omni peccato immunes esse, nullumque peccati virus, aut immunitiam apud illos dominari. Locus nempe hic & vena-na, territorium hoc regium & letale animæ virus, incompatibilia sunt: nam cum Beati semel eodem peruererint, credēdum est eos in gratia confirmari, imo ne de peccato quidem cogitare posse.

Credebat Hæc dixi, vt Origenis errorem confuta-Origenes rem, credebat enim ille, iam à mille quadrin-Beatos gentis annis, Beatos qui cœlo comprehen-duntur, adhuc peccare posse, primumque li-brum de Principis terra erroris huius fulgi-ne denigravit: homilia vero decimatertia in Lucam scripsit, Angelos interdum in virtuë prolabi. Eodem in errore versatus fuit La-cobus Faber Stabulensis vt ex opusculo de tribus Magdalenis videre est, sed hunc aperi-tissimis rationibus refellit Bartholomæus Medina magni nominis & eruditissimus vir, qui bene de Fabro hoc usurpari posse ada-gium illud ait, *Tractent fabrilia fabri.* Est

namque omni certo certius, peccatum cœlesti habitaculo exulare, nullique Beatos peccandi propensioni obnoxios esse: essetn. incerta corum felicitas, nec gaudium eorum integrum ac plenum foret, falsoque Dominus dixisse conuincetur, ut gaudium usq; rū *Iean. 16. sit plenum.*

Sed qui hoc fiat, & vnde felicitas hæc, qua Vnde fiat à peccato immunes sunt, oriatur, disputant Beatos nō in scholis Theologi, estq; quaestio satis per- posse pec-plexa. Scotus namque mostrum illud inge-care. nii, nullam aliam huiusc impeccabilitatis *Lib. 4. sent.* causam dari posse existimauit, quam merū *dis. 49. q. 6.* Dei beneplacitum, & legem quandam ex-trinsecam, qua magnus ille Princeps in æternum diuinæ visionis fruitione Beatos beare, in eisque amorem essentiæ sua super omnia inuiolabiliter conferuare voluit: hic autem amor omnia peccatorum & scelerum genera ab eorum voluntate excludit, adeo ut nunquam in aliquam prauam propensionem cōcurrere, aut confensum in peccatum p̄ab-e-re velit: idque ideo fieri ait, quod voluntas instar Regis absoluta & libera sit, & à nemine cogi posset.

Huius autem opinionis non est D. Tho-^{1.2. q. 4. 4.} mas sed putat è contra, omnia hæc è natura beatitudinis originem sumere, hancque impeccabilitatem, qua Sancti donati sunt, re-ferri debere ait, in continuam diuinæ essentiæ visionem: ita namque illi hanc intuendo rapti sunt, vt oculos ab eadem aut voluntatem nequeant diuertere, aut mente iniquum quid & nefarium quod aduerlus Deum resulteret concepire. Quod hac ratione confir-mat. Quod, inquit, bonum communiter agit in homine, interea dum hic adhuc peregrinamur, idipsum in beati alieuius voluntate efficit diuina essentia: atqui voluntas viatoriis, interea dum hic agit, ita bono in genere copulata est, aliud vt nihil desiderare, præ-ter idipsum queat, omniaque quæ hic dili-gimus velut bona vel saltem sub boni spe-cie, amplectamur. Voluntas igitur comprehendens & Beati, nihil desiderare potest, q; nō diuinæ essentiæ usquequa responderet, nihil proinde nisi solam virtutem, & nullum vitium. Sed cœptam materiam pro-sequamus.

Tertium.

CÒNCIO TERTIA

264

III. Tertium quod Sanctorum beatitudinem
Còsortiu mirum in modum exaltat & exaggerat, est i-
cum quo plsum consortium & sodalitas, cum qua in
Beati agut perpetuum agunt, an non enim magnu quid
eotu gau & præter commune hominum votum sit,
dium am- semper coram diuina maiestate apparere,
plificat.

Homil 14. Tertium quod Sanctorum beatitudinem
super Eu-
angelia.

Psal. 15.

*Super.
Psal. 35.*

Tertium quod Sanctorum beatitudinem
mirum in modum exaltat & exaggerat, est i-
cum quo plsum consortium & sodalitas, cum qua in
Beati agut perpetuum agunt, an non enim magnu quid
eotu gau & præter commune hominum votum sit,
dium am- semper coram diuina maiestate apparere,
plificat.

Homil 14. Tertium quod Sanctorum beatitudinem
super Eu-
angelia.

Psal. 15.

Phocion Atheniensium dux cum domum
quandam venum exponeret, simile edixit, bo-
no eam vicino gaudere, non litigio sc. aut
vino, existimabat fel. hanc proprietatem
non parum ad eius bonitatem conducere. V-
binam vos estis Christiani: haereditas illa cœ-
lestis, qua tot iam annis non ingenti pretio
diuendenda, sed dono proposita est: & vltro
oblara, optimo sita est loco, bonos & faciles
habet vicinos: Angelos nimirum & Sanctos:
inuitet vos hæc vnica consideratio oportet,
vt eam vobis compareret. Hoc spectabat va-
tes regius cum diceret, *Funes ceciderunt mibi
in præclaria, etenim haereditas mea præclara est
mibi, ipsa scilicet Sanctorum societate & vi-
cinitate commendabilis.* Offert hanc nobis
quotidie non pretio, sed gratis Deus, publi-
ca præconis, id est, facræ scripturæ voce edi-
cit, bonis eam vicinis, circumdatam esse, o-
mni nimirum cœli terræque nobilitate: at-
que hoc per Ecclesia sue doctores nullo nō
tempore promulgavit, & imprimis per D.
Augustinum, *Cum transiit, inquit, gemitus
noster, omnes una voce, in uno populo, in una pa-
tria consolabitur, millia millium coniuncta psal-
lentibus Angelis, & choris cœlestium potestatum,*
in una ciuitate viuentium.

Quod autem beatitudinem, quæ in hac
iucunda societate consistit, magis admirabi-
lem reddit, est summus in tanta Sanctorum
multitudine & varietate, animorum conser-
sus & incredibilis unio. Admiratur hoc psal-
tes dum canit, *Ecce quam bonum & quam iu-* *Ibid.*
cundum habitare fratres in unum: hanc porto
societatem vnguento pretiosissimo ex variis
odoramentis, myrra, balsamo, & cinnamo
composito, quo summi Sacerdotis ver-
tex inungi solebat, comparat, *sicut vnguen-
tum in capite, quod defendit in barbam Aaron:*
At in superglossa Ordinaria, duos illos Che-
rubin, quos Salomon in templo Domini col-
locauit, eiusdem magnitudinis & qualis
proportionis existit: hæc autem triusq;
similitudo & qualitas, unionem, qua Sancti
qui in cœlo instar Cherubin & Angelorum
sunt, inter se vnit sunt designata.

Doctissimus Augustinus Psalmum 150. *In Psal. 150.*
explicans, ait hunc totum de Beatis intelligi
debere: & additæ variorum instrumentorum
musicorum, quæ illic recensentur, vt fisto-
rum, psalteriorum, organorum, cymbalo-
rum, tympanorum, diffona consonantia,
Beatorum unionem & animorum inter se cō-
sensem optime denotari. Quamuis enim illi
beatitudine differant, & gloria, inter ser-
amen quam optime conueniunt, nec vel mi-
nimus alter ab altero discrepat. Verba illius
producamus, *Habebunt, inquit, etiam tunc
Sancti differentias: uai conuenientes, non dissonantes;* sicut concordia suauissimus fit ex diuersis qui-
dem, sed non aduersis sonis.

Hic siste ò anima mea, & tecum obsecro,
cogita, quanta in cœlo ex tam late ac iucun-
do confortio voluptas oriatur, quam iucun-
dum sit videre, ingentem illam Sanctorum
multitudinem ex omnibus tribibus, & po-
pulis & linguis congregatam, coram diuinæ
maiestatis throno consistentem! quam vo-
lupe sit in vnico momento tot Angelorum
millia Domino gloria ministrantia cernere:
Millia millium, ait Daniel, *ministrabant ei,* *Dav. 7.*
decies centena millia assistebant ei. Et Paulus,
Multorum Angelorum frequentia, *& Ecclesia* *Hebr. 11.*
primituorum qui conscripti sunt in caelis:
quorum ordinem & in hierarchias distribu-
tionem Origines ordini, quem duodecim
tri-

*tribus circa tabernaculum constitutæ te-
nebant, assimilauit.*

Tanti porro David rex sodalitii huius dignitatem faciebat, aperte ut confessus fuerit, malle se vno die iucundo huic consortio interesse; quam rato vita tempore, immo mil- leannis, splendidissima palatia incolere: Mel- lor est dies una in atris tuis super millia in qua verba S. Augustinus ita commentatus est, arbitrio.

Tanta, inquit, pulchritudo iustitia iucunditas lucis eterna, hoc est incomparabilis veritas, ut si non licent in ea amplius vivere, quam unius diemora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vita, pleni deliciae & circumfluentia temporalium honorum, recte meritoque contem- nerentur.

Ipsum & Isaías tribus verbis explicavit, sed quæ multis periodis æquivaleant. Dicite in isto quoniam bene. verba quidem pauca, & breuis oratio, sed plena emphasi, amplissimumque sensum includens, an non enim præclaræ, ne dicam diuina, Sanctorum sors est, qui Dei conspectu & Angelorum familiariitate perfruuntur. Nullus profecto par haberi bonus in mundo potest, quippe qui omnem honorem excedat, quem dum Propheta regius perpenderet, admirans ait, Nihil honoratis sunt amici tui Deus, quod diuino tuo conspectu perpetuo fruantur, & Angelos & Archangelos velut socios & sodales habeant. Quin & alibi gloriam hanc exagge- trans exclamat, Qui sicus Dominus Deus no- strer, qui in altu habitat? suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem: ut collocat eum cum principibus, cum principibus populis sui, Angelis & Archangelis; qui omnia creatu- rum sunt nobilissimi.

Magni quidem fuere honores, ad quos in Perside ab Assuero Mardocheus, & in Ægypto à Pharaone Iosephus enectus fuit, quos & Sacra Scriptura demiratur: at longe maiiores eminentioresque sunt illi, ad quos Ele- gios suos Dominus sublimat in coelesti ha- bitaculo: triumphus eorum immortalis est, eorum esse non deficit, sors eorum æternæ, conditio intemperabilis, gloria infinita, felicitas secura, & voluptas nullo vnuquam suo interrumpta. Sic, sic honorabitur quem

Tom. 4. Biss. Aduent.

rex voluerit honorare. Ipse quoque redemptor Christus dignitatem hanc exprimere gestiens, in Euangeliō ait, minimum Sanctorum, qui in cœlo commorantur, maiorem fore S. Ioanne Baptista; interea dum hoc

in mundo ageret, Amen dico vobis, non surre. Matth. 11.

xix maior Ioanne Baptista, inter natos mulierum,

qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. Ecce, primogenitus ille Zachariae, puer

ille vere admirabilis, miraculum illud mu- di, lux illa Iudææ, quamvis magni apud o-

mnes haberetur, & singularibus a Deo priuilegiis donatus esset, ut qui sine peccato ori-

ginali natus sit semperque à peccato immu-

nis vixerit, digito æternum Patris Verbum

monstrauerit, eique baptisma contulerit,

ad quem synagoga honoris ergo legatos

deltinari, qui a multis pro Messia in lege

promisso sit habitus, quem Prophetæ An-

geli nomine decorari, hic inquam, quam-

vis forer huiusmodi minimo tamen Sanctorum

regno coelesti receptorum, in gloria, di-

gnitate & eminentia cedar necesse est. O

rem, nisi CHRISTVS assertuisset, incredibi-

lem!

Regina illa extremo Oriente profecta,

dum palatum regis Salomonis esset in-

gressa, viso splendore & magnificentia eius,

adeo consternata est, ut seruos illius & do-

mesticos beatos predicarit, Beati viri tui.

& beati serui tui hi, qui stant coram te semper

& audiunt sapientiam tuam: quod ipsum &

alibi repetitur. Merito quidem hæc dice. 3. Reg. 10.

re potuisse videris, ô regina, sed potiori 2. Par. 9.

nos iure de Sanctis, incolis illis aulæ coele-

stis: summi Dei seruis, beatis illis spiriti-

bus repetere eadem possumus, Beati serui

illi, qui diuinam maiestatem semper ante

oculos habent, & æternam illam sapien-

tiam in perpetuum audirementur. Respe. Psal. 83.

xix huc vates regius, dicens, Beati qui ha-

bitant in domo tua Domine, in sacula seculo-

rum laudabunt te. Hac loquendi ratione Apoc. 19.

vñus est & Angelus cum Ioanne, Beati qui

ad canam nuptiarum agni vocati sunt, & ad-

ditur, Et dixit mihi, Hec verba Dei vera sunt:

perinde ac si diceret, Vere hi, quia dæter-

nae beatitudinis nuptias per occultam &

inscrutabilem Dei præscientiam ac præde-

Situationem appellati sunt, felices ac fortunati dicendi sunt: tanta quippe eorum felicitas est, ut verbis exprimi nequeat, aut mente comprehendendi. Notare porro vos velim, hic cœnæ nomine beatitudinem designari, & non omnino absurdum; nam quemadmodum cœna ultima dici refectio est, & non nisi sero die, euoluto, peragi consuevit: ita quoque beatitudo, est enim illa postrema refectio, quæ Beatis in cœlesti habitaculo præparata est, idque sub vita vesperam. Mundus hic non nisi ientacula & conuiuola præparat, quæ famem magis irritent quam pellant; sed celum luculentas cœnas, regiaque epulas instruit, quibus vniuersus orbis reficiatur. Testabatur id Psalmista, qui eadem gustasse videbatur, *Satijabor cum apparuris gloria tua*; id est, Satiri non potero, semper esuriam, donec mensa gloria tua assideam, quam fidelibus & electis tuis seruis promisi.

Figura. Huius autem rei figuram si vultis, producam. David rex cum vita stadium iam confecisset, Salomonemque filium, quem regni successorem constituerat, serio admoneret, præcepit, ut fidele obsequium, quod viens à filii Berzellai Galaaditis (qui cum olim furentur, & omnes illius copias fame propter modum eneatas refecerat, & pauperat) acceptaret amplissima mercede remuneraretur; nimirum ut regia semper, quoad viuentes, mensæ assiderent.

2. Reg. 17 19 **3. Reg. 20** Audite verba, *Sed et filii Berzellai Galaa-
ditie reddes gratiam, eruntque comedentes in
mensa tua*. Ad eundem etiam modum Christus, verus ille Salomon, Patris sui æterni voluntati morem gerens electos suos, vetatos inquam Galaaditas, propter obsequium in Patrem præstitum, dum in terris agerent regia beatitudinis æterna mensa adhibitum se promisit: *Et ego dispono vobis sicut di-
sposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bi-
batis super mensam meam in regno meo*. An non, ò veri Galaaditæ, anima inquam beatæ, felicitas vestra incomparabilis est? qui nimirum quotidie nuptiis interestis, semper epulamini splendidissime; non quidem ut Epulo-

ille Euangelicus, sed instar Angelorum, quorum epulæ æternæ sunt, unde Euangeliſta, *Matth. 22, Erunt homines sicut Angeli Dei*, qui denique cum Seraphinis agitis, Dominationum conuiua estis, cœli in quinque & hæredes existitis, deliciarum finem non habetis. Deficiunt me verba, ut dignitatem, honorem, & felicitatem vestram pro merito exprimam. Vide restar, num eadem omnium beatitudo sit, quod ubi fecero, finem fecero.

Dificilis profecto quæſtio est, & à captu hominum nimium quantum aliena, utrum omnes electi & beati, qui cœlo recepti sunt, IV. felicitate, ac beatitudine sint pares; utrum Vtrum e- nulla sit inter eos differentia vel discrimen, mni Be- his scilicet maiori, illis minori, beatitudine torum ea- fruentibus?

Primo quidem intuitu æquissimum vide- gloria- tur, eandem omnium beatitudinem esse, quod & è parola de laborantibus in vi- *Matt. 10.* nea, eandem opere per eti denarii mercede sub vespere recipientibus, per quam parabolam beatitudinem æternam designari certum est, potest confirmari. Deinde si qua inter Beatos esset differentia, aut discrimen, & aliquid in uno, quod non in altero, reperi- retur; si profecto, qui minus quid haberet, vere beatus dici non possit, præsertim cum beatitudo in omniere esse debet perfectissima, & status sit undeque absolute solutus. Nam defectus & vera beatitudo simul nequeunt consistere.

Opinionis huius auctor & origo exstitit Hier. lib. 2, pestilens ille ex monachis Iouianianus apo- contra lo- stasia nobilis, qui Hieronymum in arenam *uin.* furentis circi prouocauit. Persuasit enim ille. Heretica le sibi omnes cœlitæ beatitudine pares esse, opinio lo- diuinam item essentiam minus aut ma- uianian. gis perfecte videri non posse, in quo visu omnis Beatorum, quo ad intellectum, gloria consistit. Errorem hunc etiam asteruit Lutherus, pestis Germaniz, monstrum or- co natum, Christianitatis turbo: hic enim omnes undeque nonates consecratis, mentisque inconstantia, per omnia perua- gatur, putauit nullam in Sanctorum gloria differentiam esse, sed eandem omnium felicitatem, imo nec ipsam Deiparam Mariam à cœre-

DE GLORIA COELESTI.

267

Lutherus *¶* ceteris Sanctorum in beatitudine differre,
Ser. de na- sed blasphemum hoc est, erroneum est, hæ-
tuui. B. Vir- reticum est.
gin.

3. p. q. 12.
ser. 6.

Nam communis omnium Catholicorum opinio est, quæ & perfidem confirmatur, aliquid & quidem magnam inter Sanctos & Dei electos distinctionem esse, nec eandem omnium sortem. Hanc adstruit & afferit in prima parte D. Thomas, atque alios aliis feliciores & beatores fore: ac proinde non pari essentiam diuinam modo ab omnibus videndum; non quidem propter naturalium in singulis facultatum discrimen, aut intellectus, quo videtur, viuacitatem aut stuporem, cum ipsa beatitudinis supernaturalis proportio non secundum vires naturales, neve secundum obiectum ipsius essentia considerari debeat, cum plenissime eandem omnes intueantur & singuli. Sed propter inæqualitatem luminis gloriæ, quod unicuique iuxta caritatem, quam in viuis habuere, magis aut minus communicabitur. Milleid è Sacra Scriptura locis confirmari video, primo ex Epistola secunda ad Corinthios: *Quiparce feminas, parce & metas.* & prima: *Vnusquisque propriam mercedem recipiet secundum laborem suum.* Porro, ut obiectioni & argumento, quod Iouinianus è parabola de vinitioribus hauserat respondeamus, dicamus cum Hieronymo lib. II. contra Iouinianum, & Augustino libro de sancta Virg. capite vigesimo sexto. & D. Thoma prima secunde, quæstione quinta, articul. secundo; per denarium illum intelligi oportere, ipsam Beatorum omnium beatitudinem in uno obiecto consistere, id est, omnes eundem Deum visuros; non vero, quod ipsa formalis beatitudo æqualis sit, aut par, quæ ipsa actio est, qua Deus conspicitur; alij enim aliis perfectius & alij eundem videbunt. Ipsa quin etiam, præter hæc Scriptura testimonia, ratio ad hoc credendum inuitat, quarum alias producemus: prima sit

modo agere: hoc enim ut æquissimum est, nam Beatiuæque iustitiae conuenientissimum, ita torum esse contrarium iniquissimum fore, & à Dei æ. se gloriæ. ex quitate alienum. Ad eundem igitur modum dicendum est, non omnes Beatos æquales in gloria & facilitate fore, nec eiusdem omnes fortis participare, neu diuinam essentiam æquali sc. singulis gloria insinuare communicare: falsa alioquin esset, & hoc Philosopherum axioma, *Contrariorum contraria sunt consequentia;* item diuinæ iustitiae leges. Si enim ex æquitate & iustitia non eadem omnes malefici tormenta pati debent, sed qui plura maleficia commisit, grauiora, qui vero minor, mitiora, ita quoque eadem iustitiae lex postulat, ut non eadem omnes Beatitæ gloria & beatitudine afficiantur, sed qui maiorem commeriti sint, maiorem etiam experientur. Secunda.

In bene ordinata Republica diuersa sunt officia, variis honorum gradus, neve æqualis omnia ciuium fors: hi namque plebei sunt & mechanici, alii in senatum & curiam adiecti, alii denique patricii, & illustri generè procreati. Ita etiam in celo, quod roties in Sacris litteris per ciuitatem designatur, varia sunt bonorum, conditionum, beatitudinisque genera. *Vnde Dominus ipse in Euangelio, In domo Patri mei,* quæ in cœlis est, *Ioan. 14.* mansiones sunt multæ; has autem mansiones pro variis honorum gradibus accepit Augustinus: adeo ut dicere voluerit Dominus, non eadem omnes cœlites gloria beandos. Tertiæ hanc statuo.

Non eadem omnia stellarum denece lucentium lux est & splendor, & quamvis unum omnes Solem, à quo lumen mutuantur, respiciant, non eandem tamen aut parrem, ab eodem lucem trahunt. Quid verat, quo minus id ipsum de Beatis dicimus, quos Daniel Propheta stellis comparauit (*quæ stellæ in perpetuas aternitates fulgebant*) hi namque quamvis in medio cœli colluceant, non eandem tamen gloriam percipiunt, & tametsi omnes lucidum illum diuinæ essentie solem, à quo veram beatitudinem trahant, intueantur; eiusdem tamen gloriæ non eodem omnes modo par-

Dap. 12.
L 2 rici.

Ostenditur Certo certius constat, & ex ipsis Scripturationib⁹, ræ arcanis evidenter affirmari potest, non non eandem omnium damnatorum esse crucifixum omnes, neve ignem infernalem eodem in omnes

CONCIO TERTIA.

288

nCor. 15.

ticipant. Hunc conceptum suppeditauit mīhi Apostolus, qui hunc in modum ad Corinthios scripsit: *Alia est claritas solis, alia claritas luna, alia claritas stellarum, stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. An non vobis rationes & similitudines placent; iam tempus producendi figurās.*

Figura.

Gen. 43.

Joseph Patriarcha, luculentum fratribus in Aegypto epulum parauit, in quo singulos lauillimi excepit, at in primis minorem natu Beniamin, quem præ cæteris semper dilexerat: textus verba hæc, *Maiorq; pars venit Beniamin, ita ut quinque panibus excederet, biborunt q; & inebriasi sunt cum eo. Iosephum imitatur & ipse Deus ter maximus: Beatorum namque animas in celo amanter excipiens, lauissimo beatitudinis æternæ epul reficit, in quo omnes quidem gaudio & voluptate inebriantur, verum quæ maiorum eum dum viuerent amore complexæ sunt; quasq; ille vicissim in altero mundo præ cæteris complectetur, maiorem gloriam & voluptatem percipient.*

Ibid.

Idem Patriarcha, dum primus à Pharaone constitutus erat, liberalitatem erga fratres, potius quam erga Aegyptios declaratus, singulis binas stolas elargitur; at dilecto Beniamino quinque, insuper & trecentos argenteos. Est hæc noua figura, quæ rudi quadam Minerva declarat, quod in cœlesti beatitudine ad viuum peragitur: verus enim Joseph Christus aliquod magnificentia sua specimen edere volens, Sanctosque præ cæteris creaturis mundi huius, vasallis, remunerari, duo singulis vestimentorum genera tribuit, vnum scilicet immortalitas pro anima; alterum vero gloriæ, pro corpore; at parvulus Beniamin, iis, inquam, quos præ cæteris diligat, duplicita dabit, & plusquam trecentos aureos, id est, mille & amplius gaudiorum deliciarumque genera, quæ sunt argenti & numismata, quæ pro electorum laboribus persoluuntur, quibusque eorum beatitudo insignitur.

Duoprincipia di-

cipia di-

stinctio-

nis gradu-

Pater igitur tum rationibus, tum figuris, non eandem quo ad beatitudinem, Sanctorum sortem esse, & in scala Iacob, quæ eorum gloriæ symbolum est, diuersos gradus

reperi, cuius rei duo Theologi esse docent, um in be principia, vnum vicinum & intrinsecum, ipsam scilicet dispositionum, quæ in Beatis reperitur diuersitatem, è qua oritur & diuersa perfectio operationum beatitudinis ipsius in iisdem; atq; ita distincti sunt diuersi gradus, secundum charitatem patriæ (vt vocant) quæ quo maiore est, quo etiam Sancti diuinæ visionis capaces sunt. Aliud principium remotius, ipsa nempe merita, ob quæ beatitudinis suæ compotes facti sunt, itaque distinguuntur gradus secundum charitatem virtutis; quia charitas virtus quædam regia est, omniumque meritorum principium.

Vt autem magis omnia patescant dico, V. hoc beatitudinis discriminem etiam ex diuersis Beatitudine Aureolarum, quæ aliquibus Sancto- dinis in ærum singillatim, vt Martyribus, Virginibus, qualitas & Doctoribus, seclusis aliis dantur, procedit. Quod vt intelligatur, sciendum est, cf ex auro sentiale hominis præmium, ipsam, inquam, lis, quæ beatitudinem, quæ in arcta & perfecta con-nomullis iunctione animæ, cum Deo consistit, in Sanctoru quantum perfette fruuntur, illo quem perfe- data sunt. Et videt, & olim amauit, quod omnibus Bea- tis commune est, coronam in Sacris litteris appellari, apud Paulum imprimis: *in reliko 1. Tim. 4. reposia est mihi corona iustitia, quam redi mihi Dominus iustus iudex. Et Iacobus in Episto- la Catholica: Accipies coronam vita. rursus a- pud Petrum: Immaret cibitem gloria coronam. 2. Pet. 5. Et in Apocalypsi, viginti quatuor illi Seniores, qui coram Agnithrone stabant, coronas capitibus gestabant. Præter communem hanc omnibus coronam est & alia, acciden- taliter quam vocant, quæ velut appendix & aureola. Quid sit additamentum est gloriæ essentialis, quæ proinde coronula aut aureola vocatur; quæ nihil aliud est quam gaudium quod- dundans, at operibus olim factis re- spondens, quæ excellentem quandam & nou vulgarem victoriam inclu- dant.*

An non sunt plura quam tria aureolarum Triæ Au- genera, nec plura etiam haberi queūt; quod reolutum ita demonstro. Cum enim aureola nihil sit genera- aliud quam remunratio quædam extraor- dinaria, victoriae extraordinariae per omnia respon-

respondens, necesse est, eas numero victoriarum adaptari. At non nisi tria victoriarum genera habentur, igitur nec plures aureolas, una pro Martyribus, secunda pro Doctoribus, tertia & postrema pro Virginibus; quæ tria hominum genera de tribus inimicis nostris luculentas victories referunt. Cum enim vita nostra præliis plena sit, & non nisi continuum quoddam certamen, ut ait Job, in quo tres hostes acerrimi, caro, mundus & diaboli semper nobis negotium facessunt; is in carnis oppugnationibus palitam referre dicendus est, qui se religiosa quadam castitate continet, & ab omni delectatione carnali sequestrat, qua nulla grauior oppugnatio aut conflictus haberi potest, atque hæc est victoria Virginum, ideoque Virgines singularē quandam præ reliquis Sanctis aureolam promercentur. Vnde de Eunuchis loquens Isaías: *Dabo eis nomen melius à filiis & filiabus:* quibus verba Glossa adiecit, *propria gloria excellentiamq; significat.* Nullus autem alios per Eunuchos hos nisi Virgines intelligere oportet, quibus in cœlo melius nomen ac propria gloria assignata est.

Aureola
Martyrum

I. de sanctis. Li. 56.

In conflicitibus autem aduersus mundum tunc resuratur victoria, quando persecutio-nes ingruentes, etiam cum aliquo mortis discrimine, heroica quadam constantia perferruntur; atque hanc referunt ut plurimum Martyres, gloriovi Christi pugiles. Ex eorumque, quod mundum respiciant, eius imperium rideant, & exsibent, mortem pugnando constanter subeundo, eminentius quoddam & melius præmium quam ceteri promercentur, aureolamque gloriam, in qua, accidentalem, adipiscantur. Est hoc namq; longe æquissimum; si enim Virginibus eadem debita est, multo maiori cum ratione Martyribus, strenuis illis Ecclesiæ militibus; idque ex D. Augustini sententia, dicentis: *Nemo quantum puto, ausus fuit preferre virginitatem martyrio.* Nam si virginitas gloriam promereatur, quod concupiscentiam, carnis pruritus, tentationesque intrinsecus generoso animo peruerterit; eandem potiori iure promereri dicendum est Martyr, omnem tormentorum exteriorum rabiem violentiamque, ipsam denique mortem, qua nul-

lum tormentum acerbius, heroicè perferens.

Denique in pugnis quas dæmon mouet, omnium hostium acerrimus, illi gloriam & victoriam obtinuisse dicendi sunt, qui non modo inimicum profigant, in fugam compellunt, eiusque robur & impetus elidunt, sed eundem, quod maius est, ex aliorum animis propulsant, eius imperium destrunt, mundo arcent; atque hæc est victoria Doctorum, prædicatorum Ecclesiæ, tubarum Euangelicarum, qui doctrina, prædicatione, doctisque scriptis peccata suffocant, animas conuertunt, diabulos fugant. Ideoque illis singularis quædam aureola, & quidem merito, in cœlesti habitaculo promissa est. Hoc autem colligere est ex Epistola ad Ephesios; Glossa enim hæc Apostoli verba:

Vt scias que sit supereminens, &c. exponens Ephes. 2.1

addit in modum paraphrasis: *Quoddam incrementum habent sancti Doctores ultra id quod alij communiter habebunt, ac deinde ad verba illa Canticorum: Vineæ meæ coram te est, hæc Cant. 8.* addit: *Oferendis quid singularis præmij Doctoribus eius disponit.* Ac præsertim Daniel: *Qui Dan. 12.* autem docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas aternitates. In his igitur tres aureolas continentur.

Alij vero tres has aureolas aliter distingunt cum tribus animæ potentis easdem reolæ re-accommodant, rationabili, irascibili, & concupiscenti; & nobilioribus harum potentibus arietum actibus respondere illas aiunt. At non nimæ potissimum rationis actus in veritate fidei tentius, tum defendenda, tum etiam alios edocenda; animæque aliorum insculpenda consistit. Ecce Doctores. Actus quoque maximus partis irascibilis, in morte pro Christi nomine subeunda situs est; ecce Martyres. Partis autem concupisibilis actus, in edomandis affectibus, carnalibusque titillatiobus compescendis locum habent; atque hoc faciunt Virgines. Non sunt hæc usque quaque absurdæ; è quibus concludere possum, non eandem beatorum omnium esse gloriam. Hoc unum addidero, Apostolos, dum hanc præriorum diuersitatem ob ocules haberent, à Domino idcirco quæsiſſes:

L. 3 Quæ.

Aureola
Doctorum.

CONCIO TERTIA

278

Matth. 18. Quis putas maior est in regno cœlorum? Dominus numquid sumptu parvulo hoc eis responso satisfecisse: *Quicunque humiliauerit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno cœlorum.* Dominus igitur ac discipuli designate pariter volunt, non omnes eadem in calo beatitudine perfugi, omnes tamen sorte sua contentos esse, sorti alterius non inuidentes, sine emulacione illa aut concupiscentia, vel indignatione, & minimum tanto, quanto maximum, gaudio affici, quod egregia similitudine manifestum faciam.

Simile.

Cant. 2.

Quemadmodum in cella opulentis cuiusdam principis diversa reperiuntur vasa, nempe integra, dimidia, duplia, item lagenas, & vascula, & omnia secundum capacitatem suam optimo vino repleta; adeo ut nec maius vas minori inuidet, aut minus aliquid à maiori desideret: habent enim singula quantum sibi sufficiat, & iuxta capacitatem suā amplius quid habere nequeunt. Non secus quoque in calo, quod Sponsa in Canticis cellæ comparans, ait: *Introduxit me rex in celum vinarium, eueniire solet, ipsi scilicet Beati vasa sunt, hi quidem maiora, illi autem minora, alij etiam mediocria; sed omnes vi-*

nō iucundissimo & optimo, æterna, inquam, beatitudine, quæ animas, secundum Psalmam, mirum quantum inebriat, repletæ sunt & satiati. Minimus enim secundum capacitatem, gloria & felicitate, non secus ac maximus, plenus est, nec sorte alterius, quamvis opulentiorē & lætiorem emulatur: cum quidquid sibi necessarium est, & promeruit, quantumque capere potest, in se contineat.

sti inter optimates & principes cœlorum commorantur, sortem facere necesse est, cum qua nulla felicitas videatur comparanda? Hoc semper in animo & mente gerite, itaque fiet, ut numquam summam remuneratoris maiestatem offensuri sitis. Ita id dicit verbis illis stoties repetitis Salomon: *Memo- morare nouissima tua, & in eternum non pecca- bi.*

Ecclesi. 7.

Neque enim credendum est Domine Deus meus, creator meus, Servator meus, & omnia, eum qui hæc animo semper insculpta gerit, de peccato vel posse cogitare, dici enim non potest, quantum rei huius memoria virium habeat ad voluntatem nostram, si modo cogi posset, cogeadam, vel saltem ad omnes alias cogitationes mente excludendas, nihil ut præter hanc gloriam meditetur. Quid enim ad voluntatem comprehendendam hac præmij coelestis Sanctorumque felicitatis memoria efficacius haberi potest? Quanta namque felicitas est, te semper oculis obiectum habere, cum divina tua essentia instar Solis, tu instar speculi sis, omnia quæ in rerum natura sunt aut sunt, spiritibus illis cœlestibus repræsentantis? at speculi, non qualia nostra sunt, quæ non nisi ea quæ opposita sunt repræsentant, sed speculi voluntarij, quod nimur libere detegit & legit omnia, prout visum fuerit & placuerit. Quanta quoque gloria est, semper & in perpetuum coram diuina maiestate consistere, Angelorum societate frui, bono infinito gaudere, deque æterna beatitudine certissimum vivere; Deficiunt me vox, late- ra, & verba, ut eandem exprimam, sed manet tamen inclusum animo desiderium & spes firmissima ad illam gloriam pertingen- di, gratiam porro, Pater & Filius, & Pa- tralitus Spiritus elargiantur.

A M E N.



FERIA